

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo LXXXVII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

illorum ratiocinatio qui praescientiam dei defendunt contra gratiam dei,  
& ideo dicunt nos electos ante mundi constitutionem, quia praesciuit nos  
deus futuros bonos, non se ipsum nos facturum bonos; non hoc dicit quid dicit.  
Non uos me elegistis, quoniam si propterea nos elegisset quia futuros bonos  
esse praesciuerat, simul & iam praesciisset quod eum nos fuisset prius  
electuri; non enim aliter esse possemus boni, nisi forte dicendus est boni  
qui non eligit bonum. Quid ergo eligit in non bonis, non enim electi sunt  
qui boni fuerunt, qui boni non essent nisi electi essent. Alioquin gratia  
iam non est gratia, si praecessisse contendimus merita, haec quippe  
electio gratiae est, de qua dicit apostolus. Si ergo & in hoc tempore reli-  
quiae per electionem gratiae, factae sunt; unde subiungit; si enim gra-  
tia iam non ex operibus, aliquam gratia iam non est gratia. Audi in gratia  
in grate audi. Non uos me elegistis sed ego uos elegi; non est ut dicitur.  
ideo electus sum, quia iam credebam; si enim credebas in eum, iam elegeras  
eum. Sed audi, non uos me elegistis; non est ut dicas, antequam crederes,  
iam bona operabar, ideo electus sum. Quid enim est boni operis, antequam  
dem, cum dicit apostolus. Omne quod non est ex fide peccatum est.  
Quid ergo dicturi sumus audiendo, non uos me elegistis, nisi quia mali  
eramus & electi sumus ut boni per gratiam nos eligentes essemus, non est  
enim gratia, si praecesserant merita, est autem gratia, haec igitur non  
inuenit, sed effecit merita; & uidet & carissimi quem admodum non  
eligit bonos, sed quos eligit faciat bonos; Ego inquit elegi uos & posui uos  
ut exatis & fructum afferatis & fructus uester maneat, nonne iste est  
fructus de quo iam dixerat, sine me nihil potestis facere, elegit ergo &  
posuit, ut exatis & fructum afferamus, Nullum itaque fructum unde nos  
elegit habebamus; ut exatis inquit, & fructum afferatis; imus ut afferamus  
& ipse est uia qua imus, in quo nos posuit ut exatis; proinde in omnibus mi-  
sericordia eius praeuenit nos; & fructus inquit uester maneat, ut quodcumque  
pateris patrem in nomine meo de & uobis. Maneat ergo dilectio, ipse est  
enim fructus noster, quae dilectio nunc est in desiderio, nondum in saturitate  
& ipso desiderio quodcumque, paterimus in nomine unigeniti filii, dat nobis  
pater; quod autem accipere saluandis non expedit nobis, non existimemus  
nos pater in nomine saluatoris, sed hoc paterimus in nomine saluatoris quod  
pertinet ad rationem salutis.

**INCIPIT SERMO LXXXVII DE EO QUOD DICIT HAEC MAN-  
DO UOBIS UT DILEXATIS INUICEM USQUE AD DEUM SED EO QUOD UOS  
ELEGIT DE MUNDO PROPTEREA QUOD DIXIT UOS MUNDO.**

**I**n lectione euangelica quae hanc antecedit dixerat dñs. non uos me  
 elegistis. sed ego elegi uos & posui uos ut eatis & fructum afferatis & fruc-  
 tus uester maneat. ut quodcumq; p̄cietas patrem in nomine meo d&  
 uobis. De quibus uerbis iam nos quod dedit dñs. differuisse meministis.  
 hic autem dicit sequenti scilicet lectione quam modo cum recitatur audis-  
 tis. Haec mando uobis. ut diligatis inuicem. ac per hoc intelligere debe-  
 mus hunc esse fructum nostrum. de quo ait; ego uos elegi ut eatis & fruc-  
 tum adferatis & fructus uester maneat. & quod adiunxit. ut quodcumq;  
 p̄cietas patrem in nomine meo d& uobis. Tunc itaq; dabit nobis si diliga-  
 mus inuicem. & hoc ipsum ipse dederit nobis qui nos elegit non habentes  
 fructum. quia non eum nos elegeramus. & posuit nos ut fructum adfera-  
 mus. hoc est inuicem diligamus. quem fructum sine illo habere non possumus.  
 Sicut palmetes facere sine uite nihil possunt. caritas ergo est fructus nos-  
 ter. quam definit apostolus de corde puro & conscientia bona & fide non  
 ficta. hac diligimus inuicem. hac diligimus dñm. neq; enim uera dilectione  
 diligemus inuicem. nisi diligentes dñm. Diligit enim unus quisq; proxi-  
 mum tamquam seipsum. si diligit dñm. nam si dñm non diligit. non diligit se  
 ipsum. In his enim curatis duobus p̄ceptis. tota lex pendet & prophetae.  
 hic est fructus noster. De fructu itaq; nobis mandans. haec mando inquit  
 uobis ut diligatis inuicem. unde & apostolus paulus cum contra opera car-  
 nis commendare fructum sp̄s uellat. ac apite hoc posuit. fructus inquit sp̄s  
 caritas est. ac deinde cetera tamquam existo capite exhortata & religata con-  
 texuit. quae sunt. gaudium. pax. longanimitas. benignitas. bonitas. fides.  
 mansuetudo. continentia. Quis autem bene gaudet. qui bonum non dili-  
 git. unde gaudet. quis qui pacem ueram nisi cum illo potest habere quem  
 uera ceter diligit. Quis est longanimis. in bono perseuerant. <sup>mando h</sup>  
 ferueat diligendo. quis est benignus. nisi diligit cui optulatur. quis  
 bonus nisi diligendo efficitur. quis salubriter fidelis. nisi ea fide quae  
 per dilectionem operatur. quis mansuetus utiliter. cui non dilectio mo-  
 deratur. quis ab eo contentus unde turpatur. nisi diligit unde honestatur.  
 Merito itaq; magister bonus dilectionem sic sepe commendat tãquã  
 sola praecipienda sit. sine qua non possunt prodesse cetera bona. &  
 quae non potest haberi sine ceteris bonis. quibus homo efficitur bonus.  
 pro hac autem dilectione patienter debemus & iam mundi odia sustine-  
 re. necesse est enim ut nos oderit. quos cernit nolle quod diligit.  
 sed plurimum nos de se ipso dñs consolatur. qui cum dixisset. Haec man-  
 do uobis ut diligatis inuicem. adiecit atq; ait. Si mundus uos odit. scitote

quoniam me priorem uobis odio habuit, cur ergo se membrum supra uer-  
tice[m] extollit? Recusas esse incorpore, si non uis odium mundi sustinere.  
cum capite, si de mundo inquit esset, mundus quod suum erat diligeret,  
uniuersae utiq[ue] hoc dicit ecclesiae. quam plerumq[ue] & iam ipsam mundi no-  
mine appellat. sicut est illud. De[us] erat in xpo mundum reconcilians sibi,  
Itemq[ue] illud. Non uenit filius hominis ut iudicet mundum, sed ut saluetur  
mundus per ipsum; & in epistola sua iohannes ait. Ad uocatum habemus ad  
patrem ih[esu]m xpm iustum. & ipse propitiator est peccatorum nostrorum.  
nontantum nostrorum, sed & totius mundi. Totus ergo mundus ecclesia  
est. & totus mundus odit ecclesiam, mundus igitur odit mundum, inimicus  
reconciliatum, damnatus saluatum, inquinatus mundatum, sed iste mun-  
dus quem de[us] in xpo reconciliat sibi, & qui per xpm saluatur & cui per xpm  
peccatum omne donatur. De mundo electus est inimico damnato, conta-  
minato; ex ea quippe massa quae tota in adam perit, fiunt uasa misericor-  
diae in quibus est mundus pertinet ad reconciliationem, quem mundus  
odit ex eadem massa pertinet ad uasa irae quae perfecta sunt ad perdi-  
tionem. Deniq[ue] cum dixisset, si de mundo esset, mundus quod suum erat  
diligeret. continuo subiicit, quia uero de mundo non estis, sed ego elegi  
uos de mundo, propterea odit uos mundus. Ergo & ipsi inde erant, unde  
ut non essent electi sunt. inde non meriti sui quorum nulla bona pra-  
cesserant opera. non natura quae tota fuerat per liberum arbitrium in  
ipsa radice uitata, sed gratuita hoc est uera gratia; qui enim de mundo  
mundum elegit, fecit quod eligeret, non inuenit, quia reliqua per  
electionem gratiae saluae factae sunt, si autem gratia inquit, iam non  
ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia, si autem quaeratur quo  
modo se diligit mundus perditionis, qui odit mundum redemptionis, dili-  
git se utiq[ue] falsa dilectione, non uera. Proinde falso se diligit & uere odit.  
qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam; sed diligere se dicitur, quoniam  
iniquitatem quam iniquus est diligit, & rursus odisse se dicitur, quoniam quod ei  
noceat hoc diligit; odit ergo in se naturam, diligit uitium; odit quod factus  
est per diuinitatem, diligit quod in eo factum est per liberam uoluntate[m].  
Unde nos quoq[ue] illum diligere & prohibemur si recte intellegimus & iube-  
mur, prohibemur scilicet ubi nobis dicitur, nolite diligere mundum.  
iubemur autem ubi nobis dicitur, diligite inimicos uestros; ipsi sunt mun-  
dus qui nos odit; ergo prohibemur diligere in illo quod ipse diligit in se  
ipso, & iubemur diligere in illo quod ipse odit in se ipso, de[us] scilicet opificium  
& diuersas bonitatis suae consolationes, uitium quippe in illo diligere

prohibemur. iubemurq. diligere naturam. cum ipse in se diligit uitam.  
oderitq. naturam. ut nos eum & diligamus & oderimus recte. cum se ipse  
diligit. oderitq. peruerse.

**INCIPIT SERMO LXXVIII. DE EO QUOD DICTUM EST ME  
MENTOTE SERMONIS MEI QUEM EGO DIXI UOBIS USQ. NO  
SED HAEC OMNIA FACIENT UOBIS PROPTER NOMEN MEUM  
QUIA NESCIUNT EUM QUI MISIT ME.**

**E**xhortans dñs ser uos suos ad mundi odia perferenda patienter.  
Nullum maius eis et melius quam de ipso ponit exemplum: qñm sicut  
dicit apostolus p̄rus. Xps̄i pro nobis passus est. relinquens nobis exem  
plum ut sequamur uestigia eius; quod utiq. si facimus. ipso adiuuante faci  
mus qui dixit. sine me nihil potestis facere. Deniq. quibus iam dixerat. —  
Si odit uos mundus. scitote quia me priorem uobis odio habuit. & nunc in eo  
quod audistis cum legeretur euangelium. Mementote inquit sermonis  
mei quem ego dixi uobis. non est seruus maior dño suo. Si me persequuti  
sunt & uos persequentur; si sermonem meum seruauerunt & uestrum ser  
uabunt. Dicendo autem. non est seruus maior dño suo. nonne euidenter  
ostendit. quem admodum intellegere debeamus quod superius dixerat. iam  
non dico uos seruos. ecce enim seruos eos dicit; nam quid est aliud. non est  
seruus maior dño suo; si me persequuti sunt & uos persequentur; manifestū  
est igitur illum seruum qui non manet in aeternum. illum perti  
nentem ad tempus quem foras caritas mittat esse intellegendum ubi dictū  
est. iam non dico uos seruos. hic autem ubi dicitur. non est seruus maior dño  
suo. si me persequuti sunt & uos persequentur. illum significari seruum per  
tinentem ad tempus castum qui per manet in saeculum saeculi. hic enim  
seruus est auditurus. Euge bone serue. intra in gaudium dñi tui. Sed haec  
omnia inquit facient uobis propter nomen meum. quia nesciunt eum  
qui misit me. Quae omnia facient nisi quae dixit. odio habebunt scilicet  
& persequentur. sermonemq. contempnent. qñm si sermonem non ser  
uarent eorum. ne tamen odissent eos. neq. persequerentur. uel etiam si  
odissent. ne tamen persequerentur. non omnia facerent; haec autem  
omnia facient uobis propter nomen meum. quid est aliud dicere. quā  
me in uobis odio habebunt. me in uobis persequentur. & sermonem uest  
rum quia meus est. ideo non seruabunt. Haec enim omnia facient uo  
bis propter nomen meum. non uestrum sed meum. Tanto igitur miseri  
ores qui propter hoc nomen ista faciunt. quanto beatiores qui propter  
hoc nomen ista patiuntur. sicut ipse alio loco dicit. Beati qui persecutionē